Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



GR I. II.

esse ueram gratiam dei in qua
statis. Salutat uos que est in ba
bilone ecclesia electa et marcus fi
lius meus. Salutate inuicem in
osculo sancto. Gracia uobis omni
bus qui estis in cristo ihesu amen

Per fidem
huic mundo
sapientes mortuos esse de
clarat. eiusdem ex pietatis quanta
sit in assumpto luce ipsa clarius
manifestat. Incipit secda epla
Petri apli

Simon petrus ser
uus et aplus cristi
ihesu his qui cum
nobiscum sor
titi sunt fidem in
iustitia domini nostri et saluatoris
ihesu cristi gratia uobis et pax ad
impleatur in cognitione dei et ihe
su cristi domini nostri. Quomodo
omnia nobis diuine uirtutis suae
que ad uitam et pietatem donata
sunt per cognitionem eius qui uocauit
nos propria gloria et uirtute per
quam maxima et pretiosa nobis
promissa donauit ut per hec efficia
mini diuine consortes naturae
effugientes eius que in mundo est
concupiscentiae corruptionem. Vos
autem curam omnem subministrantes
ministrate in fide uestra uirtutem
In uirtute autem scientiam in scien
tia autem abstinentiam in abstinen
tia autem patientiam in patientia
autem pietatem in pietate autem amo
rem fraternitatis in amore autem fra
ternitatis caritatem. Hec enim si uobis
cum adsint et superent non uacuos
nec sine fructu nos constituent in
domini nostri ihesu cristi cognitione
Cui enim non presto sunt hec cecus
est et manu tempitans obliuionem
accipiens purgationis uetterum
suorum delictorum. Quapropter
fratres magis satagite ut per bo
na opera certam uestram uocationem
et electionem facatis. Hec enim fa
cientes non peccabitis aliquando. Sic
enim habundanter ministrabitur
introitus in eternum regnum do
mini nostri et saluatoris ihesu cristi
Propter quod incipiam uos semp
commonere de his. equidem scien
tes et confirmatos uos in pre
senti ueritate. Iustum autem arbi
tror quam diu sum in hoc tabna
culo suscitare uos in commonitione
Certus sum esse eum quod uelo
cis est depositio tabernaculi mei se
cundum quod et dominus eum i
cristus significauit mihi. Laboro
autem operam et frequenter habe
re uos post obitum meum ut horum
memoriam facatis. Non enim in
doctas fabulas secuti notam fe
cimus uobis domini nostri ihesu
cristi uirtutem et presentiam
sed specultatores facti illius mag
nitudinis. Accipiens enim a deo pa
tre honorem et gloriam uoce de
lapsa ad eum huiusmodi ama
gnifica gloria. Hic est filius me